Philelphus, Franciscus : [Epistolae] Epistolare
[Basel: Johannes Amerbach], [ca. 1492] 



pluribus tecum loquar. Vale ex Mediolano. vi. idus apriles. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus Lodouico casellæ sal.

g Ræcis istis quib⁹ meas litteras ad te dedi: & faui hic apud omnes: & apud munificētissimū principē auxilio fui non mediocri: Nā sui suorūq; redimendorū gratia (nam seruiunt apud Turcos) mendicant uiri nobilissimi: miserrima conditio est: cuius qui minus misereatur: inhumanitatis est accusandus. Quid multis: Homies tibi cōmendo: teq; uæhementer rogo: ut tum apud nostrum istum humanissimū pricinpem: tum apd' uniuersam tuam ciuitatem omni studio: omni opera atq; ope afflictis hominib⁹ assistas. Vale ex Mediola. vi. id⁹ apriles. M. cccc. liiij.

Franciscus Philelfus Bernardo Iustiniano sal.

m E tuæ litteræ adeo delectarūt: ut in te præstātissimo filio grauissimū clarissimūq; uirum Leonardum patrē tuū cui⁹ memoria mirifice recreor: & uidere oculis: & coram audire sim uisus. Non enim omnis illius dicendi ornatus dumtaxat & grauitas & suauitas in te est: sed singularum quoq; litterarum figuram ita tua epistola repræsentat: ut si scribentis nomen deesset: nescirem sane abs te ne: an a Leonardo Iustiniano splēdidissimo illo nostræ ætatis lumine & de me optime merito eæ litteræ ad me issent. Itaq; habeo tibi gratias: tum quod redieris cum studijs nostris in gratiam: tum quod te una cum paterna memoria cupiēti mihi uæhemēterq; exoptāti restitueris. Quæ de Turcoꝝ Mahometiq; apparatu bellico significasti: audiui. Sed de re tua Constantinopolitana nihil intellexi. Scire enim cupiebam an in eo luctuosissimo naufragio captæ urbis iacturæ ipse quippiam: quod nolim: passus sis. Et orationem & librū tertiū de exilio tabellarius mihi reddidit: sed eum minime absolutū: desunt eñi adhuc duo quaterniones: quos ut diligent' inqras: eosq; ad me des: te plurimū rogo. Sunt etiā & apud te cōuiuia nostra Mediolanēsia: & libri Hippocratis duo quos e græcis latinos reddidi: alter πέρὶ φύσ ώμ. alter πέρὶ παθώμ: quæ omia ut q̄

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0380
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG